

dà a coloro che gli
si mostrano grati.

Ma, e Nicolò ben
lo sa, la virtù e la
scienza sono fini a
se stesse, né abbi-
sognano di siffatti
aiuti.

Tale è l'insegna-
mento di Cicerone,

e di Aristotele.
La sapienza quindi
non s'acquista a
scopo di onori e
di ricchezze.

Ai soldati si pro-
pongono, ben è ve-
ro, danari, premi,
trionfi;
ed agli studiosi,
dottorati e altri ti-
toli,
ma queste cose ser-
vono di sprone sol-
tanto ai pigri ed
inerti.

Scipione, Lelio e
gli altri chiari ca-
pitani del passato
sono per virtù di-
fessero o ingrandi-
rono la cosa pub-
blica; e molti poi
sono stati filosofi
illustri senza ch'a-
vessero insegné e
dottorali. Le quali
insegné dunque son
cose al tutto vane,

eum fuerimus, hec conservabit augendo et alia maiora plenissime superaddet. sed, ut plane intelligas de huiusmodi honoribus quid censendum sit^(a), subdam aliqua que tamen te minime^(b) latere credo. existimandum est^(c), ut sapientes iubent, virtutem et item scientiam, que virtutis unico nomine appellari consuerunt, se 5 ipsis contentas esse tantumque in eis presidii positum, ut nec alterius viribus egeant nec in finem alterius ordinentur. imo, ut Cicero probat in libro V de Questionibus Tusculanis, virtus per se sufficit ad bene beateque vivendum^(d). ipsa igitur^(d) sibi^(e) terminus est; nec ipsa alterius^(f) sed alia ipsius gratia querenda^(g) sunt. 10 est autem una de conditionibus sapientie^(h) quas in primo Metaphysice enumerat Aristoteles⁽ⁱ⁾, sapientiam haberi sui gratia et non alterius. errant igitur hi qui vel propter honores vel divitias vel propter aliquam externam causam ipsam exquirunt. Alexander suos milites grandi thesauro, quo bellarent ardentius, invitabat^(j); 15 Romani suos duces triumphis, milites etiam magnis premiis excitabant; his qui disciplinarum studiis dati sunt, consilio sapientium doctoratus et quādam tituli proponuntur. que omnia ad ignavos homines inertesque animos exuscitandos constituta sunt. putasne Scipionem aut Lelium aut quenvis clarorum imperatorum^(k) propter 20 hos triumphos reipublice magna fecisse? virtute, non his premiis, movebantur ad tuendam suam amplificandamque^(l) rempublicam. multi etiam fuere clarissimi philosophi qui et doctoratus insigniis^(m) et ceteris pompis, que his temporibus in usu maxime sunt⁽ⁿ⁾, caruere. nunquid idcirco minoris virtutis aut fame fuerunt? vana sunt 25 igitur hec et ad virtutis esse nichil spectantia, a sapientibus autem in bonum finem instituta, ut desides animi, qui suis oculis virtutis

(a) *Gu* censendum sit P quid sit censendum (b) *B P C Go* que minime te (c) *B P C Go*
exist. est enim (d) *B ipsi* Igitur *P C Go* ipsa igitur (e) *B P C Go* om. sibi (f) *P* sed
nec ipsa alterius (g) *B* gratia que petenda (h) *B P C Go* de questionibus sapientibus
Gu de conditionibus sapientis (i) *B P C Go* clarorum poetarum (k) *Codd.* magnificisse
(l) *P amplandam* (m) *B P* doctoratu et insigniis (n) *C Gu* om. in usu maxime sunt

(1) *Cic. Tusc.* V, 1 sgg.

(2) *ARISTOT. Metaphys.* 982 b.

(3) Non sappiamo quale autore il
V. abbia qui in mente. Si allude forse
a Q. CURTIUS RUFUS, *De gestis Ale-*

xandri Magni, IX, 1, 1: «quo prom-
ptioribus animis reliqua belli munia
obirent», o ad altro passo simile;
ma la frase può esser semplicemente
una vaga reminiscenza storica;